Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8308
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



pedem pedem meum. Tractus
Qui habitat in adiutorio
altissimi in protectione dei ce-
li commorabitur. ℣ Dicet
domino susceptor meus es tu
refugium meum dis meus sperabo
in eum. ℣ Quoniam ipse liberavit
me de laqueo venantium et
a verbo aspero. ℣ Scapulis
suis obumbrabit tibi et
sub pennis eius sperabis. ℣
Scuto circumdabit te ve-
ritas eius non timebis a
timore nocturno. ℣ A sagitta
volante per diem a negotio
perambulante in tenebris
a ruina et demonio meridia-
no. ℣ Cadent a latere tuo
mille et decem milia ad te
non appropinquabit. ℣ Quoniam an-
gelis suis mandavit de te
ut custodiant te in omnibus
viis tuis. ℣ In manibus por-
tabunt te ne unquam offe-
das ad lapidem pedem tu-
um. ℣ Super aspidem et
basiliscum ambulabis et
conculcabis leonem et draconem.
℣ Quoniam in me speravit liberabo
eum protegam eum quoniam
cognovit nomen meum. ℣
Invocavit me et ego exau-
diam eum cum ipso sum in tri-
bulatione. ℣ Eripiam eum
et glorificabo eum. ℣ Lon-
gitudine dierum adimplebo eum et
ostendam illi salutare meum.